

# MARINVS GEORGIVS<sup>107</sup> D V X L.

*Electus Mensē Septembri Anno 1313. obiit die 14.  
Julii. Anno 1314.*

## ELOGIVM PRIMVM.

*Tempore meo rexī Iaderam, & rebellantem purgavi.*



D. Marini Georgii promotionem conveniunt Sanctitas, & discordia. A morum probitate fortitus cognomen *sancti*, solo aspectu Electores discordes ad sui compulit electionem. Auram captantes ad fenestram, Georgium cum inspicerent casu prætereuntem, tamquam à Deo missum, voce iubilationis, *Io: sancto*, acclamarunt in Ducem. Ab illà die cautum, ut Electores in Conclavi clausi, occlusis januis atque fenestrīs, nec prætereuntes videant, nec videantur. Toto suo Principatu Solem numquam aspergit serenum, nec mare tranquillum. In Iaderam rebellem imitā clasē, Duce Philippo Belegnio, & *Dalmaso* homine Hispano, qui castris præfset, auro iste pollutā fide,